

Teksten

Infelix ego

Infelix ego,
omnium auxilio destitutus
qui caelum terramque offendi.
Quo ibo?
Quo me vertam?
Ad quem fugiam?
Quis mei miserebitur?
Ad caelum oculos levare non audeo
Quia ei graviter peccavi.

In terra refugium non invenio
quia ei scandalum fui.
Quid igitur faciam?
Desperabo? Absit.

Misericors est Deus,
pius est Salvator meus.
Solus igitur Deus refugium meum:
Ipse non despiciet opus suum
non repellet imaginem suam.
Ad te igitur piissime Deus,
Tristis ac moerens venio,
Quoniam tu solus spes mea,
Tu solus refugium meum.

Quid autem dicam tibi
Cum oculos levare non audeam?

Verba doloris effundam,
Misericordiam tuam implorabo et
dicam:
'Miserere mei, Deus, secundum
magnam misericordiam tuam!'

Kyrie

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Ongelukkig ben ik,
beroofd van alle hulp,
ik die hemel en aarde heb beledigd.
Waarheen zal ik gaan?
Waar zal ik mij wenden?
Naar wie zal ik vluchten?
Wie zal medelijden met mij hebben?
Naar de hemel durf ik mijn ogen niet op
te heffen, omdat ik zwaar tegen Hem
heb gezondigd.
Op aarde vind ik geen toevlucht,
omdat ik voor Hem een aanstoot ben
geweest. Wat zal ik dan doen?
Zal ik wanhopen? Dat zij verre.

Barmhartig is God,
mijn Redder is goed en genadig.
Alleen God is daarom mijn toevlucht:
Hij zal zijn eigen werk niet verachten,
Hij zal zijn eigen beeld niet verstoten.
Tot U dan, allergoedertierenste God,
kom ik bedroefd en treurend,
omdat U alleen mijn hoop bent,
U alleen mijn toevlucht.

Maar wat zal ik tegen U zeggen,
wanneer ik mijn ogen niet durf op te
heffen?
Ik zal woorden van berouw uitstorten,
ik zal Uw barmhartigheid smeken en
zeggen: 'Ontferm U over mij, God,
volgens Uw grote barmhartigheid!'

Heer, ontferm u.
Christus, ontferm u.
Heer, ontferm u.



Gloria

Gloria in excelsis Deo
et in terra pax hominibus
bonae voluntatis.
Laudamus te, benedicimus te,
adoramus te, glorificamus te,
gratias agimus tibi
propter magnam gloriam tuam.
Domine Deus, rex caelestis,
Deus pater omnipotens;
domine fili unigenite Jesu Christe;
domine Deus agnus Dei filius patris.
Qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi,
suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram patris,
miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus,
tu solus dominus,
tu solus altissimus Jesu Christe,
cum sancto spiritu
in gloria Dei patris.
Amen.

Lof aan de allerhoogste God,
en vrede op aarde
aan de mensen die Hij liefheeft.
Wij loven u, wij prijzen u,
wij aanbidden u, wij verheerlijken u,
wij danken u
voor uw grote goedheid.
Heer God, hemelse Koning,
God, de almachtige Vader;
Heer, eniggeboren Zoon, Jezus
Christus; Heer God, Lam Gods, Zoon van
de Vader; U, die wegneemt de zonden
der wereld, ontferm u over ons.
U, die wegneemt de zonden der wereld,
aanvaard ons gebed.
U, die zit aan de rechterhand van de
Vader, ontferm u over ons.
Want U alleen bent heilig,
U alleen de Heer,
U alleen de Allerhoogste, Jezus
Christus, met de Heilige Geest
in de heerlijkheid van God de Vader.
Amen.

Credo

Credo in unum deum,
patrem omnipotentem,
factorem caeli et terrae,
Visibilium omnium
et invisibilium;
et in unum dominum Jesum Christum,
filium Dei unigenitum,
et ex patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine,
Deum verum de Deo vero.
Genitum non factum,
consubstantialem patri,
per quem omnia facta sunt.
Qui propter nos homines,
et propter nostram salutem
descendit de caelis.
Et incarnatus est de spiritu sancto
ex Maria virgine,
et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis,
sub Pontio Pilato
passus et sepultus est.
Et resurrexit tertia die
secundum scripturas.
Et ascendit in caelum,
sedet ad dexteram patris.
Et iterum venturus est cum gloria
iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.
Et in spiritum sanctum,
dominum et vivificantem,
qui ex patre filioque procedit.
Qui cum patre et filio
simul adoratur et conglorificatur,
qui locutus est per prophetas.
Et in unam sanctam catholicam
et apostolicam ecclesiam.
Confiteor unum baptisma
in remissionem peccatorum.
Et exspecto resurrectionem
mortuorum et vitam venturi saeculi.
Amen.

Sanctus

Sanctus, sanctus, sanctus,
dominus Deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine domini.
Hosanna in excelsis.

Ik geloof in een God,
de almachtige Vader,
schepper van hemel en aarde,
van wat zichtbaar
en onzichtbaar is.
En in een Heer, Jezus Christus,
eniggeboren Zoon van God,
vóór alle tijden geboren uit de Vader.
God uit God, licht uit licht,
ware God uit de ware God.
Geboren, niet geschapen,
een in wezen met de Vader,
en door wie alles geschapen is.
Hij is voor ons, mensen,
en omwille van ons heil
uit de hemel neergedaald.
Hij heeft het vlees aangenomen door
de Heilige Geest uit de maagd Maria
en is mens geworden.
Hij werd dan gekruisigd onder Pontius
Pilatus; hij heeft geleden en werd
begraven. Hij is verrezen
op de derde dag,
volgens de Schriften.
Hij is opgevaren ten hemel:
zit aan de rechterhand van de Vader.
Hij zal terugkeren in heerlijkheid
om levenden en doden te oordelen,
en aan zijn rijk komt geen einde.
Ik geloof in de Heilige Geest
die Heer is en het leven geeft;
die voortkomt uit de Vader en de Zoon;
die met de Vader en de Zoon tezamen
wordt aanbeden en verheerlijkt;
die gesproken heeft door de profeten.
Ik geloof in de ene, heilige, katholieke
en apostolische kerk.
Ik belijd één doopsel
tot vergeving van de zonden.
Ik verwacht de opstanding van de
doden, en het eeuwige leven.
Amen.



Agnus Dei

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
dona nobis pacem.

Lam van God, dat wegneemt de zonden
der wereld: ontferm u over ons.

Lam van God, dat wegneemt de zonden
der wereld: ontferm u over ons.

Lam van God, dat wegneemt de zonden
der wereld: geef ons vrede.

Ne irascaris Domine

Ne irascaris Domine satis,
et ne ultra memineris iniquitatis
nostrae.

Ecce respice populus tuus omnes nos.
Civitas sancti tui facta est deserta.
Sion deserta facta est,
Jerusalem desolata est.

Laat uw grote toorn toch varen, Heer,
houd onze schuld niet steeds in
gedachten, maar zie ons aan: wij zijn
toch uw volk? Uw heilige plaatsen zijn
een woestijn geworden:
Sion is een woestijn,
Jeruzalem een woestenij.

Resurrection

Resurrexi, et adhuc tecum sum, alleluia.
Posuisti super me manum tuam,
alleluia. Mirabilis facta est
scientia tua, alleluia.

Domine, probasti me, et cognovisti me;
tu cognovisti sessionem meam,
et resurrectionem meam.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,
sicut erat in principio et nunc et
semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

Ik ben verrezen, en nog steeds bij je,
halleluja, u laat uw handen op mij
rusten, halleluja, uw wijsheid is
wonderbaarlijk, halleluja.

Heer, u kent mij, u doorgrondt mij,
u weet het als ik zit of sta.

Lof aan de Vader en de Zoon en de
Heilige Geest. Zoals het was in het
begin, nu en altijd
en tot in eeuwigheid. Amen.